

Burdegala 20 Augusti 1669.

R^{de} in Christo Later

252

Pax Christi.

Ex gestis jamdiu quantā humanitate literas meas R. V.^a excogit, quas ultima congregationis Patres detulerunt; eundem parī occasione alteras literas scribo tanto libentius quanto R. D. noster Rector Stephanus Saz reddet illas gratiores. It si minus adhuc R. V.^a perspectus fuit, brevi aspernetur; facileque intelliget quanta sit illius, non in Theologia solum, quam cum laude professus est, et eruditio sed in naturae arcanis eruditio, quanta in literatos homines propensio et benevolentia. Hanc igitur tam commodam nactus occasionem, avidē amplector, ut hoc qualicumque officii genere defunear Tyronis munere qui Patrem et Praeceptorem publicum omni veneratione et cultu observare debet. Si enim habeat Amantissime Later nullum esse authorem quem ego magis venerer in quo perlegendo majorem perceperim voluptatem, et quem denique magis ut Praeceptorem suspexerim. Aliud proterea adjungam, ut si id beneficii mihi conferre dignaberis, habeam ego privatum, quem omnes habent publicum Doctorem: id tibi facile ut puto erit, qui naturae arcana tam sagaciter penetrasti. Novum ego Horologii genus anacampticum, ad imitationem tuorum, inveni, quod Thaumaturgicum vero propterea quod reflexa ē cono Iris, omnia horarum genera aliosque circulos in cubiculo demonstrat. Hoc horologium leviter tantum periculi causa delineatum intra conclave, ostendi R. D. Magnan qui nuper fortē hīc aderat. vitul est ille hōre novum horologii genus vehementer suspicere atque approbare, praecipue dum observavit horologii simplicitatem, nam unius generis hora omnes in unīa lineā, per gradus et minuta distinctā, divitā distinguuntur ita ut Transversa Iris lineam horariam secans, designet usque ad scrupulos horarios. Quin imo in unīa lineā descripti iidem numeri designant horas simul Italicas, Babylonicas, novas illas Lugdunenses, et Villacelias (qua numerantur ab ortu vel occatu crepusculi) magnitudinem crepusculi, longitudinem diei et noctis. Nam Iris eam lineam in diversis semper partibus intersecans eas omnes horas demonstrat. Ad hujus autem horologii perfectionem unum videbatur deesse. Namque Conus qui generat reflexam Iridem continuē erat convertendus ad solem, ita ut axis conī respiceret semper ad solem. Id quidem, ego facile propto, aeglestinato cono medio globo, qui globus deinde facile convertitur super circulo affixo ad foramen fenestrae. nihilominus tamen hoc valde incommodum videtur, quare inquisivi num perfici talis machina posset, qua immota ad fenestram, Iridem ad datum angulum perpetuē reflecteret ad cubiculum. idque ego inveni fieri posse sphaerula crystallina et

certo quodam modo tornata: et facilius vitrea phiala impleta, certis
liquoribus, qui nati sunt ad refringendum lumen ad certum gradum.
Difficultas autem mihi solummodo est in reperendis ejusmodi liquoribus
nam si impleatur ^{phiala} aqua communi; invenio refractionem minoremque
per fit. Si sphaera relinqueretur solida ex vitro aut crystallo, erit
Refractionis major. Itaque reperendus est liquor qui magis quidem
refringat quam aqua communis; minus tamen quam vitrum. et casus
hoc videtur esse per facile ei cui innoverit natura. nam vinum quod
dem paulo quam aqua ^{maior} refringit, ut tu observasti, aliorumque li-
quorum, olei, Spiritus vini &c, alia sunt Refractionum mensura.
Quaeritur igitur num talis liquor inveniri possit, qui liquor
tantam faciat Refractionem quam vitrum. ut deinde talis liquor
mixta aqua communi, ita attemperetur, ut refractionem
aequat in optata ratione. Id si R. & V. compertum est, generatum
faciet si merum communicare idem dignabitur. H. me R. & V.
H. plurimum commendo gratiorque erit. Deum ut sedulo ad
literarum ornamentum, Societatisque gloriam diutissime
conservatum velit.

Reverentia V^a

Servus in Christo obse-
quentissimus
Jen. Galto Lardier
Socii Jesu.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and includes the words "Handwritten" and "Handwritten".

Veneranda in Xpo Sibi.

Roman

D. Athanasio Kircher
societati Jesu



Reverendo in X. Patri.